[illegible] nudi euaſerunt. Noſtrateſ uero sup
ueniente dextrariſ equoſ cum frenis & ſellis atq; eiuſdem nu
meri ſcuta que fugienteſ dimiſerant inuenerunt & hec nullo reſi
ſtente tollenteſ ad caſtra leti reuerſi ſunt. DCCCLXXII
Menſe ianuario circa epiphaniã baſilii grecorum imperato
riſ legati cum muneribus & epiſtolis ad hludouuicum
regem radaſbona uenerunt. atq; ei inter cetera xenia criſtallũ
mire magnitudinis auro gemmiſq; precioſiſ ornatum cum parte
non modica ſalutifere crucis optulerunt. Qui honorifice ſuſ
cepti & congrua reſponſione accepta redierunt in ſua. Rex
uero mediante quadrageſima apud uillam forahheim gene
rali conuentu habito filioſ ſuoſ de regni participatione inter
ſe diſſidenteſ pacificauit. & quam quiſq; partem poſt obitum
ſuum tueri deberet liquido deſignauit. Ibi etiam hludouui
cus & karoluſ filiuſ eiuſ in conſpectu totiuſ exercituſ fidem ſe
illi ſeruaturoſ eſſe omni tempore uite illorum iuramento fir
mauerunt. Inde rex in baioariam reuerſuſ paſca celebrauit.
Menſe autem maio miſit thuringioſ & ſaxoneſ contra ſcla
uoſ marahenſeſ. Qui quoniam regem ſecum non habebant
& inter ſe concordeſ eſſe nolebant. idcirco hoſtibuſ ter
ga uerterunt. & plurimiſ ſuorum amiſſiſ turpiter redierunt.
ita ut quidam comiteſ in illa expeditione fugienteſ a muli
erculiſ illiuſ regioniſ uerberati & de equiſ in terram fuſtib;
deiecti referuntur. Ceterum quidam de francia mittuntur kar
manno in auxilium contra ſclauoſ ſupradictoſ. alii deſti
nantur contra behemoſ qui di adiutorio freti duceſ quin
que quorum iſta ſunt nomina. Zuentiſlan. uuitiſlan. heri
man. ſpoitimar. moyſlan. cum maxima multitudine ſibi

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. 720.1, 1v – Annales Fuldenses (https://fragmentarium.ms/view/page/F-q6y0/1324/18051)